



**Ruperti Abbat̄is Tvitiensis, Summi Disertissimi=|miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Cap. VIII. Hęc ostendit mihi dominus, [et] ecce vncinus pomorum. Et dixit:  
Quid tu vides Amos. Et dixi: Uncinum pomor. Et dixit dominus ad me: venit  
finis sup[er] populum meum Jsrahel, non adijciam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

**RVPERTI ARBATIS**  
**TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM**  
**COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.**

Epilogus on-  
tionum



Emoriter tenendum est quas uel quales sibi factas ostensiones Propheta iam narrauerit. Prima est hæc: Ostendit mihi dominus deus, & ecce fictor locuti in principio germinantium serotini imbris & ecce serotinus post tonsuram regis & cætera per quem intelligimus Assyrios, qui translatis decem tribubus usq; ad Hierusal eaduersus Iudam erant uenturi, & cuncta uastaturi in modum

Esa. 7.

tonforis, siue nouaculae caput & pilos pedum barbamq; uniuersam radentis, sicut Esaias, q; prædixit. Secunda est hæc: ostendit mihi dominus, & ecce uocabat iudiciu ad ignem dñs deus &c. per quæ intelligimus Babylonios, qui erant uenturi, & ciuitatem Hierusalem post terq; domū domini igne conflagraturi. Tertia est hæc: Ostendit mihi dominus, & ecce dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij & cætera, per quæ intelligimus desolationem ultimam, quàm fecerunt Romani, quæ nunq; recuperanda sit secundum uerba dicentis domini. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Iſrahel, non ad ieritiam ultra superinducere eum. ¶ Post istas malorū ostensiones, principalem quoq; malorū eorumdem causam ostendi dignum erat ostensione siue imagine propria. Hæc autem causa auaritia est, radix omnium malorū, qua infecti maxime Iudæi ad omne scelus proruentes tandem ad hoc peruenerunt ut dominum gloriæ crucifigerent, ob istam maxime causam, quia dispertabat cōtra auaritiā ipsorū, cōprobans illius generationis esse homines, qui domū patris, quæ debuerat eē domus orōnis, fecissent spelūca latronū, iuxta Hieremię uaticiniū. Sequitur ergo

Auari maxis  
me Iudæi.

**CAP. VIII.**

**Hæc ostendit mihi dominus, & ecce uincinus pomorum. Et dixit: Quid tu uides Amos. Et dixit: Uincinum pomorū. Et dixit dominus ad me: uenit finis sup populum meum Iſrahel, non ad ieritiam ultra ut pertranscam eum. Et studebit cardines templi in die illa dicit dominus deus, multi morientur, omni loco p̄ficiet silentiū.** Nimirū dum ostenso uincino pomorū dicit dñs: uenit finis sup populum meū Iſrahel, subaudiendum est, propter uincinum istum siue propter illud quod significat uincinus iste pomorum. Hanc autem esse auaritiā (sicut iam dictum est) sequentia declarant. Sequitur enim

**Audite hoc qui conteritis pauperes, & deficiere facitis, egenos terre, dicentes, quando transibit messis, & uenudabimus merces & sabbatum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram & augeamus, sycolum, & supponamus stateras uolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamētis, & quisquias frumenti uenudemus.** Itemq; post aliqua. **Vidi (inquit) domum stantem super a-**

Infra. 9.  
Uincinus pomorum auaritiā designat

tare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. Auaritia enim in capite omnium. ¶ Igitur dum causam malorū, quæ uentura erant, esse asserit auaritiæ crimen, mirum & mirabiliter congrua similitudine illam denotat, præostendens uincinum pomorū. Uincinum, quo arboris rami attrahi solent ad carpenda poma, quæ manu attingi nō possunt. Vt uicā profecto est auaritiæ manus, nec unq; nisi ad accipiendum extenditur. Porro homines aliquid habentes, ueluti rami sunt, poma candida siue rubicunda, uisūq; pulchra & ad uelendum delectabilia gerentes. Talibus auaritia callide insidiatur, cuiuslibet artis uincinum imitans, crebroq; conuoluens silenter dum timet audiri, ut & damnum fiat poma detracta, & tamen possessor non percipiat, donec iam saturato fure, damnum suum tarde reperietis gemat. Vera & conueniens in hac ostensione similitudo, dum & auaritiæ dolus uincino, & bona temporalia, circa quæ laborat auaritia, pomis assimilantur. Pomū quippe res leuis est, maximēq; pueros mulcet, uiris autem, & maxime sanis pro minimo est. Sic nimis bona presentis seculi leuia sunt, & eos quidem qui sensu paruuli sunt, nimis oblectant, sapientibus autem qui celestia sapiunt contemptibilia sunt. Quotiens autem Ecclesiastici uiri animam temperant homines attentauerint, ut sibi conformē faciant, recte conquerendo de illo dicas illud Iſraheliticum: **Posuerunt Hierusalem in pomorū custodiam. Et alibi, Sanctus uir, respiciens & con-**

Bona temporalia sicut pomum.

Psal. 78.  
Iob. 9

merans uacuos menses suos: **Dies mei (inquit) uelociores fuerunt cursore, fugerunt & non**

uiderunt bonū, pertransierūt quasi naues poma portantes. Ad summū ut perpendas bona omnia tēporalia, quæ sibi unicus auaritiæ sitienter attrahit, recte ob uilitatē nomine pomorū denotari, sciendū est, quia primus homo cupiditatis crimē, per quod perijt, non per aurum neq; per argentū, sed per exiguū pomū admisit. Nūc cōceptā psequamur literā. Quid (inqt) tu uides Amos: Vncinū pomorū. Paruā utiq; rem, sed magni uides mali signū. Significat nāq; (ut iā dictū est) auaritiæ malū, propter quod uenturus erat finis sup illū populū. Hoc em̄ prius ait. Venit finis sup populū meū Iſrahel. Quis uel qualis finis? Profecto malus finis & q̄ malus uel quali nomine sit censendus, apud Danielelem reperimus his uerbis. & post hebdomades sexaginta duos occiditur Christus, & nō erit eius populus q̄ eū negaturus ē. Et ciuitatē et sanctuariū dissipabit populus cū duce uenturo, & finis eius uastitas, et post finem belli statuta desolatio, & deficiet hostia & sacrificiū, et in tēplo erit abominatio desolationis, & usq; ad cōsummationē et finē pseuerabit desolatio. Recte ergo cū dixisset, uenit finis super populū meū Iſrahel, nō adijciam ultra ut pertranseam eū, cōtinuo subiunxit. Et stridebūt cardines tēpli i die illa dicit dñs deus. Quis em̄ nō audiuit stridorē cardinū illius tēpli, id est, subuersionē ciuitatis & sanctuarij factā uincētibus Romanis? Porro q̄ pro illo auditu siue fama tāti excidij stridorē posuit cardinū tēpli, qd decoris quantū habet gratuitatis? Quod uero addit multi moriētur, q̄ uerum sit, testis est Iosephus, qui tragædiā illam describens, mortuorū multitudinē refert pene incredibilē. Deinde q̄ ait, in omni loco p̄ficietur silentiū, idē ac si dicat. Et qui super fuerint ex eis, ducti in omnes gētes captiui, abiecti & silentes erūt, auctoritatē loquēdi nō habebunt: Christū, quē cōfiteri nolūt, palā blasphemare nō audebūt. ¶ At uero qd interposuit, nō adijciā ultra ut pertranseā eū, uidelicet populū meū, breuiter satis in uultu, nihil iā p̄desse illis ritū paschæ sui, siue immolationē paschalis agni, cuius sanguis postes suos signare cōsueuerāt. Olim hic idem dñs ita dixit. Erit aut sanguis uobis in signū in ædibus, in q̄bus eritis, & uidebo sanguinē, ac transibo uos, nec erit in uobis plaga disperdēs, quādo percussero terrā Aegypti. Nūc aut dicit sup eundē populū, nō adijciā ut pertranseam eū. Etenim ex quo fusus est ab eis sanguis agni dei, sanguis Christi filij dei, iā nō recipitur apud deū sanguis agni illorū bruti pecoris, sed quæ signatæ sunt signo sanguinis Christi, signaculo crucis filij dei, ille sunt domus Iſrahel: ille aut populus, qui prius dicebatur Iſrahel inter Aegyptios reputatur, quia nō habet hoc signū, & p̄pterea nō adijciā (inquit) ut pertranseam eū, & subaudiendū est, sed pcutiā sicut olim terrā Aegypti: ita & nūc omne animā hominis increduli & malū operātis tam Iudæi, q̄ Græci, imō prius & durus Iudæi q̄ Græci. Hæc intelligēs ppheta in illo quē uiderat uncinō pomorū, et in his audierat uerbis dicētis, uenit finis sup populū meū, annūciat prius & dicit. ¶ Audi te hæc quæ cōteritis pauperē & deficere facitis egenos terræ dicēs. Quādo trāsbibit mensis, & uenūdabimus merces: & sabbatū, et aperiemus frumentū, ut inminuamus mensurā, & augeamus syclū et supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamētis, et quisquillas frumenti uendamus? Hoc (inqt) audite qd locutus est dñs ad me, ostendēs mihi uncinū pomorū. De uobis em̄ sermo est qui estis auari, q̄ hæc talia facitis, qui paupes diripitis in dolo, sicut uncinus ob carpēda poma ramusculos attrahit. Dum em̄ inhianter desideratis, ut trāseante, id ē cōsumpta messe, quæ pauperibus paruula est possitis merces carius uenūdare, dū desideratis sabbatū adesse, id est septimū annū, quo secūdū legē sabbatizat, nec licet seminare aut metere, ut tūc demū repositū aperientes frumentū pro libitu uestro uendatis, minuentes mensurā, & augentes syclū, id est precium cōpulso paupere per inopiam, ut ipsas quoq; framenti uestri emat quisquillas, & in mercimonio tam infelici stateras quoq; supponatis dolosas: dū inq̄ taliter efficitis, ut in argento possideatis egenos fratres uestros, uendūt em̄ sese uobis necessitate compulsi: & paupes factos possideis pro calciamētis, id est p̄ precio modico & leui, quāto uix calciamenta possint comparari, nimirum uncinō doloso poma carpitis, & idcirco uenit super uos finis qui dicitur uastitas, sicut Daniel ait. Hæc em̄ agendo, nō cessabitis donec Christū occidatis, p̄pter auaritiā uestram, quia contra illam ipse disputabit, & extūc erit super uos finis, extūc inquam usq; ad cōsummationem & finem desolatio perseuerabit. Vos inq̄ qui tales estis & talia facitis, audite hæc. Quid audiemus? Nimirum & illud quod iā dixi, quia mihi un-

Gene. 3.

Finis malus  
pp̄ Iſrahel.  
Dani. 9.

Ver̄ pascha  
inuile.  
Exo. 12.

Roma. 2

Auaritia Iudæorum diuictū cōtra pauperes.

Leui. 25.

Dani. 9.

cinum pomorum dominus ostēdit, in quo sermo est de uobis, & hoc quod protinus dicitur sum. Quid est illud? Iurauit dominus in superbia Jacob. Si oblitus fuero uobis in finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & iugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi flumen uniuersus, & efficietur, & defluet quasi riuus Aegypti. Et erit in die illa dicit dominus, occidet sol in meridie, & tenebre facere faciam terram in die luminis. Et conuertam festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica uestra in planctum, & inducam super omne dorsum uestrum saccum, & super omne caput caluitium, & ponam eam quasi luctum unigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & emittam famem in terram, non famem panis neque sitim aquae, sed audiendi uerbum domini. Et commouebuntur a mari usque ad mare, & ab aquilone usque ad orientem circuibunt querentes uerbum domini, & non inuenient. Hoc totum audite uos auari & rapaces, non in attentione pomorum, de qualibus iam dictum est, uobis metipsis concupiscentes. Iurauit dominus. Hoc iam tertio dixi, quia iurauit dominus deus in sancto suo. Secundo dixi, quia iurauit dominus in superbia iacob. Primo dixi, quia iurauit dominus in superbia iacob. Iuramentum repetitio, ualida uestra condonationis est confirmatio. Quale autem est hoc iuramentum, iurare dominum in superbia iacob? Siquidem iurauit dominus in sancto suo, id est ac si dicat, iurauit per animam suam, id est per semetipsum. Porro, quod nunc ait, iurauit dominus in superbia iacob, non recte sic intelligitur, ac si dicat, iurauit per superbiam iacob. Quale est enim iurare deum per cuiuslibet superbiam? Denique nec hominem iurare decet, imò nec licet, per causam siue re indignam & iustitiam contrariam. Est ergo sic intelligendum, iurauit dominus in superbia iacob, ac si dicat, iurauit propter superbiam iacob. Sic & in psalmo cum dicit, Quadraginta annis offensus est generationi illi, & dixi, semper hi errant corde, & isti non cognouerunt uias meas quibus uiuam in ira mea. Intelligendum est ac si diceret, iurauit propter iram meam: propterea quia me prouocauerunt ad iracundiam, non intrabunt in requiem meam. Sic (inquam) praesentia uerbo cum dicit, iurauit dominus in superbia iacob, si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum, intelligendum est ac si dicat, iurauit dominus propter superbiam iacob, non oblitus usque in finem omnia opera eorum. Reuera namque superbiam causa est, cur dominus iuret, & sententiam super peccatorem iuramento firmet, cuius simplex sermo ueritas est. Exacerbatur enim superbiendo peccator dominum ut iuret, iuxta illud in psalmo. Exacerbatur dominus peccator, secundum multitudinem irae suae non quaeret. Quamdiu per ignorantiam peccat, quamdiu per iuuentutem siue per infirmitatem quis delinquit, ingemiscens, eo quod uideat aliam legem in membris suis repugnantem legem mentis suae, & captiuum se delictum in lege peccati, quae est in membris suis: nondum dominum exacerbatur, nondum dominus sententiam super illum iuramento firmat. Idcirco Psalmista spem habens, dicit Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineris domine. Sola superbia est, cuius delicta dominus non uult obliuisci, propter quam exacerbatus non quaeret secundum multitudinem irae suae, id est, non requiret peccatorem, quia multum iratus est illi. Notandum uero qualiter dicat, iurauit dominus in superbia iacob. Scimus namque quia iacob ille patriarcha, cuius secundum carnem erant uel sunt isti filii, magnae fuit humilitatis, superbiam uero non habuit. Alioquin, quomodo putamus illum potuisse cum deo luctari, & inualuisse cum angelo nisi per magnae humilitatis uirtutem, quae uera est fortitudo? Moses quoque quomodo deum tenere potuisset, dicentem: Dimitte me, nisi quia uirtute humilitatis confortabatur, sicut (sicut Psalmista dicit) in contractione, id est, in nimia mentis humilitate in conspectu eius iacob ergo non superbus, sed humilis fuit, & inde cum deo ualide luctari potuit. Notandum igitur (ut iam dictum est) modus dictionis, dum non dicit, iurauit dominus in superbia iacob, sed, iurauit dominus in superbia iacob. Breviter namque innuit, ualde esse incongruam, magnae animaduersione dignam superbiam in filiis hominis pauperis, qui tota uita sua fuit humilis, qui sicut tri ES AV longe dissimilis, cum ille foris uenaretur, simplex domi habitauit, qui ad uentum patris & matris, ut uxorem acciperet, peregre profectus in baculo suo IORDANEM transiit: qui non in lecto eburneo, sed nuda humo decubans, lapidibus habitauit.

Sup. 4.  
Sup. 6.

Quid est iurare in superbia a iacob.

Psalm. 94

Superbia deum exacerbatur, non infirmitas.

Psalm. 9.

Ro. 7.

Psalm. 24.

Humilitas iacob & Moysi.

Gene. 32.

Osee. 12.

Exo. 32.

Psalm. 139.

Detestabilis in filiis iacob superbia.

Ge. 27. 28.

habens suppositū capiti, uisionē magnā, scilicet scalā cœlos tangentē, & dñm scalæ infixū uidit, qui pro uxore semel et iterū seruiuit annis septenis, & pro mercede de ouibus sumēda sex annis loceri gregē paut: quicq; deinde cū duabus turmis regrediēs ciuitatēq; hic manētem nō habēs, sed futurā inquirens, peregrinus et aduena super terrā de loco in locum iuit, fixis ac reflexis tentorijs, tandēq; in Aegyptū cū omni domo sua deueniens, stansq; in conspectu Pharaonis, peregrinationem suam confiteri non erubuit, dies (inquiens) peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorū sunt parui & mali, & pastores ouium sumus serui tui, et nos & patres nostri. In filijs inq; patris eiusmodi, qui tam humiliter uixit, superbia est ualde reprehensibilis, imō & execrabilis. Et idcirco satis congrue iurauit dominus (inquit) in superbia Iacob: breuiter innuens, q̄ grauer dominus tulerit, qđ a patre tam humili tam longe superbiendo degenerassent filij. Et quid iurauit? Si oblitus fuero (inquit) id est nullo modo obliuiscar omnia opera eorū, subauditur quecūq; fecerūt ex quo egressi ex Aegypto uitulū formauerunt, & adorauerunt. Nam licet tūc Moyles tenuerit dominū, & placatus fuerit ne faceret malū, quod locutus fuerat aduersus populū suum: tamē postmodū dixit. Ego autem in die ultionis uisitabo & hoc peccatū eorū. Extūc omnia quecūq; fecerūt nō obliuiscar opera eorū: imō & à sanguine Abel iusti omnia uenient super impii generatio nē eorū. ¶ Ita iuramento p̄missio, quasi q̄reres qualiter ope eorū illoꝝ memor eris, que iurasti te non debere obliuisci, adhuc in ipso seruore quo iurauit, interrogat, & dicit. Nūqđ sup isto nō cōmouebitur terra & lugebit omnis habitator eius? Ac si dicat. Nūquid ope eorū illorum recordatio leuis est habenda? Nūquid huic populo talia facienti parua debetur ira? Nōne merito reuelabunt cœli iniquitatē eius, & terra aduersus eum cōsurget? Vtiq; sic fiet, quia sic fieri iustū est. Iurauit & immutabilis est sententia ut super isto uel pro causa ista, q̄ superbus factus est Iacob, cōmoueatur terra, cōmoueatur caput terræ Romanū imperiū, & aduersus eū cōsurget, & ita cōmota terra, ubi mouebitur tanti imperij terrena potestas, lugebit omnis habitator eius, uidelicet, quia finxit sibi timorē, q̄ non posset habitare terram, nisi unus homo moreretur. Dixerūt em̄. Si dimittimus eū sic, ueniet Romani, & tollēt nostrū & locum & gentē. Idcirco lugebit omnis habitator eius, subauditur terræ, qđ & factū est in illa obsidione, ubi confluerant multitudine incredibili, diuino illos ad pœnam iudicio trahente. Vnde & congrue mox subditur. Et ascēdit quasi fluuius uniuersus, & adijcietur & defluet quasi riuus Aegypti. Mirū nanq; hoc fuit, qđ uenturis Romanis ad obsidendam Hierusalem, instante iam solennitate paschali, tantā in illo multitudo cōfluxit, fidutiā habēs in magna firmitate amplæ ciuitatis, ut recte dicat, et ascendit quasi fluuius uniuersus, subauditur habitator eius. Abundanter em̄ quasi fluuius uenit, & muros ciuitatis confluyendo impleuit. Quia uero futurū erat, ut post innumerabile mortuorū congeriem, ruptis & patefactis muris, reliqui caperent, et in omnes gentes ducerentur captiui, recte subiungit. Et eijcietur & defluet quasi riuus Aegypti. Eiecti sunt em̄ residui (sicut iam dictū est) & p̄ totū orbem defluerunt, qui quasi fluuius cōfluxerant, putantes se intus posse tutos contineri. Et quomodo defluerunt? Quasi riuus Aegypti inquit. Miro modo dictum, mirumq; innuit mysteriū. Noluit dicere quasi Iordanis, q̄ fluuius erat terræ illius populi, & obsessis indeq; in captiuitatē ducendis, multo uicinior, q̄ aliquis riuus terræ Aegypti. Quare? Vis delictet quia noluit ille populus esse sicut Iordanis, noluit suscipere sacramentum baptismi Christi, qui baptizatus est in fluuio Iordanis. Idcirco defluxit sicut riuus Aegypti, nam ecce reuera Iudæi & apud deū & apud homines reputantur & sunt sicut Aegyptij, imō et uere Aegyptij, id est tenebrosi, quia corde sunt exæcati. Vnde & protinus subiungit. Et erit in die illa dicit dñs, occidet sol in meridie, & tenebescere faciā terrā in die luminis. Quis em̄ est iste sol: nisi sol iustitiæ Christus, sol uerus & æternus, qui in ista die, in isto tempore, mundum uniuersum illuminauit, & quando cœpit iste dies luminis, nisi quādo uisitauit nos oriens ex alto, sol iste, quē miro modo Maria, id est, maris stella peperit? Nox erat & stella cōsurgens de spiritu creatoris sui concepit: cū paruula esset magnū solem peperit, & exinde est dies luminis: merides autem, ex quo idem sol exaltatus est à terra, & resurgens à mortuis, in cœlum ascendit. In isto meridie siue die luminis, dominus terram, id est, Iudæam tenebescere fecit, ut iā nō dicatur aut sint Iudæi, sed Aegyptij, id est tenebrosi & ceci, quia

Gene. 46

Exo. 32.  
Mat. 23.

Iohan. 3.

Iudæi n̄ sicut  
Aegyptij sūt.

Sol Christus  
ē in die luminis.



COMMENTA. RUPER. ABBA. LIB. III.

sol Christus illis occidit, eo qd non credant quod mortuus resurrexerit. Huius obsecratio  
 nis & caritatis cordiu illor signu illud fuit, qd meridia, id est, hora sexta du crucifixus  
 illu, iste diuinus siue cotidianus sol obscuratus est, & tenebre sup terrā facta sunt. ¶ Tanti  
 scelus in festiuitate sua, quae dicitur pascha, id est pascha comiserunt. Sequitur ergo & dicit  
 firmiter sub eodem firmamento secundū iustū iuditiū. Et conuertam festiuitates uestrā  
 luctū, & omnia cantica uestra in planctū, & inducam super omne dorsum uestrū saccū, &  
 super omne caput caluitiū. Hoc ita planū & notū est, ut expositione nō indigeat, quia festi  
 uitates illoꝝ in luctū conuersae sunt, eo qd in paschali festiuitate sua Christum occidendo,  
 Christi discipulos & matrē eius (iuxta quod pdixerat Symeon. Et tuā ipsius animā pertū  
 bit gladius) lugere fecerūt. Iccirco imminēte (ut iā dictū est) paschali festiuitate obfessi  
 gere ceperunt, cunctasq; festiuitates annuos lugubres habuerunt, et omnia cantica illoꝝ in  
 planctū conuersa sunt. Tāta utiq; tūc miseria fuit, ut nūq; meliorē causam habuerint  
 cendi saccū sup dorsum suū, & decaluandi caput suū, qd facere consuetum erat in luctū,  
 magni doloris inditiū. ¶ Quod deinde subiūgit. Et ponā eā quasi luctū unigeniti, & nouis  
 sima eius quasi diē amarū, insanabile fore denūtiat dolorem, inrecuperabile desolationem.  
 Qualis est eim plāctus unigeniti: Vtiq; incōsolabilis, qā cōsolatio nō ē alterius filij illi car  
 unigenitus mortuus fuerit. Unigenitus autē Christus est, nō solū deo patri, uerū etiam sym  
 eon, cuius de carne carne assumpsit. Mortuus est illi, ipsa nanq; mater crudelis eum occi  
 dit, nec vult audire qd resurrexerit, imō nec vult scire qd ille Chrus sit unigenitus dei. Porro  
 deus aliū unigenitū nō habet, nec aliū mittet, qā iste unigenitus est. Iccirco luctus syme  
 onis, quae unigenitū occidit, inā ternū incōsolabilis erit, quē admodū & in Zacharia ipse  
 dicit. Et aspicient ad me quē cōfixerunt, & plangēt eū quasi unigenitū, & dolebūt sicut dole  
 ri solet in morte primogeniti. Et nūc qdem super eū lugere nolunt, sed futurū est in quocū  
 mo ut lugeant. ¶ Iccirco cū dixisset, & ponā quasi luctum unigeniti, cōtinuo subiūgit, &  
 nouissima eius quasi diē amarū. Nouissima nāq; sunt ea quae sequūtur praesens seculū.  
 In illis nouissimis promittit illis luctum, & ea fore quasi diē amarū, id est uere diē am  
 rum; quē admodum econtra, cū dicēt sancti, facti sumus sicut cōsolati, id est esse cōlati ad  
 dicāt uere cōsolati. Etem ille dies in quo (ut iā dictū est) uidebunt in quem confixerūt  
 aspiciēt ad eum quē confixerunt, uere illis amarus erit, sicut alius propheta dicit. Vox  
 domini amara, & tribulabitur ibi fortis. Tunc dissimulare nō poterūt luctū unigeniti, qui  
 nūc dissimulant dicentes ad alterutrū in malis suis. Tace & nō recorderis nominis domini.  
 Interim miseri sunt ubiq; terrarū, neq; ullū merētur reperire consolationis uerbū, sicut olim  
 in Aegypto & in Babylonia, uel quotiens affliti sunt, cōsolationē inueniebant clamantes  
 ad dominū. Hoc est quod cōtinuo dicit. Ecce dies uenient dicit dominus, & mirā famē  
 terrā, nō famē panis, neq; sitim aquae, sed audiendi uerbū domini. Et cōmouebūtur à mari  
 usq; ad mare, & ab aquilone usq; ad orientē circuibūt, querētes uerbū domini, & non inueni  
 ent. Hoc mirū est, & miserabile, qd ipsi, quoz de tera panē scripturarū nos aduenire meli  
 suimus & comedimus, famē patiuntur et siti pereunt, esuriūt et nō comedunt, sitiunt et nō  
 bibunt. Etem qd amplius mirandū est, ipsi panē hunc nobis deferunt, et circūferūt, et tamen  
 nō inuentūt, sicut in Euāgelio mystice significatū est, ubi maxima multitudine uenienter  
 dñm, cū uellet illis dare ad manducandū, erat ibi puer unus habēs quinq; panes ordeaceos  
 et duos pisces. Habebat et nō māducabat, portabat et non esuriebat: sed accepit ab illo  
 sus et fregit, deditq; illis quos reficere uolebat. Sic deniq; Iudaei, quoniā sunt sensu pueri  
 nescientes quid ferant, panē ferunt uerbū dei, mente ieiuni, et secundū aiā aridi, quia dñs  
 immisit eis famē audiendi uerbū dñi. Hoc inq; mirū et miserū est, qd onusti uerbo domini  
 circueunt à mari Athlantico usq; ad mare Britānicū, id ē a meridie ad occidentē, et ab aqu  
 lone usq; ad orientē (quae orbis terrarū quatuor plagae sunt) querētes uerbum domini  
 inueniunt. Videlicet quia caeci sunt, iccirco idiplum quod portant uidere nou possunt.  
 Mat. 7. Excaecauit eim illos malitia ipsoꝝ. ¶ Quomō autē contingit eis, ut querant, et nō inueniant  
 cū dñs dicat, querite et inuenietis, itemq; et qui querit inuenit? Quomodo istud cōuenit  
 nisi quia nō querunt sicut est qrendū, quia non in illo qruunt in quo est querendū. In Cō  
 qui qrit inuenit quod comedat ut nō esuriat, inuenit qd bibat ut non sitiat. Ideo dicit. Qui  
 querit

Festa Iudaeorū  
 in luctum cō  
 uersa.

Lucas. 2.

Planctus unigeniti inconsolabilis.

Zach. 12.

Nouissima q  
 si dies amar

Soph. 1.

Fames & sitis  
 Iudaeorū  
 mira & miser  
 ra.

Iohan. 6.

Mat. 7.

Cur Iudaei q  
 runt & nō in  
 ueniant.

venit ad me nō esuriet, & q̄ credit in me, non sitiet unq̄. Itē. Si q̄s sitit, ueniat ad me & bibat. At illi Christi uerū, cōfortiū nullū cū Christo habere uolūt. Quomō ergo inuenirent, q̄ miro mō sine uerbo dei (q̄d Chrūs est) uerbū dei quærūt? Mira q̄rentiū dementia, dū ita q̄runt uerbū dñi, ut uelint exurgere sibi aliq̄e prophetā, dolētes, q̄ nō aliq̄uā habeāt in hōmine gloriā, qui signa faciat, & uentura p̄dicet, ad satisfaciendū cupiditati ip̄sōr, ut itē cōgregent, & in illā terrenā Hierusalē redeant, nō iā lapideā, sed aureolā atq; gemmatā sc̄dm uanā nimisq; auarā spem suā. Taliter esurientes nunq̄ comedēt, taliter sitientes nunq̄ bibēt, taliter quærētes uerbū dñi nunq̄ inueniēt, sed pro uerbo dñi sp̄m recipiūt erroris, pro Christo Antichristū sunt recepturi. Sequitur. **In die illa deficiēt uirgines pulchre & adolēscētes in siti, qui iurant in delicto Samarię, & dicūt, uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Bersabee, & cadēt, & non surgent ultra.** Quāuis paulo añ p̄missio, & emittā famē in terrā, statim subiūxerit, nō famē panis neq; sitim aquę, sed audiendi uerbū dñi: tū cū dicit, in illa die deficiēt uirgines pulchre & adolēscētes in siti, recte utrūq; intelligitur, sc̄d licet tā fames panis & sitis aquę, q̄ fames & sitis audiendi uerbū dñi. Nam & si nunc Iudæi, quāuis captiui, panē habent & aquā, tūc utiq; nō habuerunt, quando (sicut iam supra dictū est) ab hostibus circūdati sunt in uindictā sanguinis Christi. Tunc (inquam) corporaliter quoq; defecerunt uirgines adolēscētes in siti, tanta tāq; mira defēctione, ut mirū sit si quis q̄ calamitatē illam absq; horrore animi perlegere possit. Verū quia fames & sitis corporalis comparatione famis & sitis audiendi uerbū domini, quæ fames uel sitis animæ est, pro leui reputari debet, iccirco cū dixisset, Et emittam famem in terrā, ne putaretur hanc paruā uindictā famis corporeæ rependere illorū auaritiæ, Non famem (inquit) panis neq; sitim aquę, sed audiendi uerbū domini, ut sit sensus, Non primū famem panis & sitim aquę immitto illis, sed prima erit uindicta fames audiendi uerbū domini: fames autem panis & sitis aquę superadijcietur eis. Narrat aut uetus historia, tam latina q̄ Græca, & omnium gentium Barbararum, nihil fame durius, quæ sæpe compellit obseſos humanis uesci carnibus & in suam salute naturam, ita ut nec parentes parcant paruulis liberis, sicut nec illa infœlix Maria pepercit, quæ in illa obsidione paruulum suū coxit & comedit. Quid igitur de fame dicendum est animarum, quæ post uitam præsentem proculdubio sentitur, si hoc facit fames corporum? Vtraq; tunc oppressit populū Iudæorum, & nūc usq; opprimit illa quæ deterior est fames & sitis uerbi dñi. Quæ uel quales sunt uirgines & qui adolēscētes ita deficiētes? Ait, Qui iurat in delicto Samarię, & dicunt, uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Bersabee. In illo tēpore quando hæc prophetabatur, uitulus aureus colebatur in Dan, qui terminus est terræ Iudæicæ, & ibant illuc per uia Bersabee, longo uidelicet itinere propter reges Iudæ, declinantes eos: quin & iccirco uitulos illos fecerat Hieroboā, ne ascenderēt de ceteribus ad orandū in Hierusalem, reputans ne conuerteretur cor populū ad dominū suum regē Iuda. In itāam aut uenerationem uenerat illis talis factura, scilicet facies uitulina, ut q̄ modo solitū fuerat iurari, uiuit dñs deus, uerbi gratia, uelut cū Ionathas dixit, Viuit dñs & uiuit anima tua rex si noui, siue Helias, uiuit dñs deus, in cuius conspectu storsita uulgo iurātes iam dicerēt, Viuit dominus deus Dan, & uiuit uia Bersabee, per quam itur in Dan. Aureus erat ille uitulus, & inde facile persuaderi poterat populo q̄ esset deus. Quare? Nimirū quia mentes eorū obtinuerant auaritiæ spūs, & iccirco apud cogitationes eorū non paruus erat aurū, multoq; plus placebat aspectus eorū tale metallum, quam mentibus deus eorum. Ergo deus illorū erat aurum, deus illorū erat Mammon. Nunquid à tali scelere quæunt immunes existimari scribæ & pharisei temporis illius, quo passus est dñs noster in quē sanctorū prophetarū: tota intentio tendit: Nōne illorū mentes maxime obtinuerat Mammon, & per eundē deū iurabāt, p̄ quē & illi, dicētes: Viuit deus tuus Dan? Væ uobis (ait ipse dñs) duces cæci, q̄ dicitis, q̄cūq; iurauerit p̄ tēplū, nihil est: q̄ aut iurauerit in auro tēpli, debet. Nōne isti deo præferebāt aurū? Qui em iurat in tēplo (inquit) iurat in illo & in eo q̄ habitat in ip̄so: Ergo sicut tēplo, ita & illi q̄ habitat in tēplo, præferebāt aurū, dicēdo, quicūq; iurauerit per tēplū nihil est, q̄ aut iurauerit in auro tēpli debet. Igitur cū dicit, qui iurant in delicto Samarię & dicunt, Viuit deus tuus Dan, non omitamus illos, qui in auro iurare dicebant: quia uidelicet multo cupidius isti aurum coluerunt q̄ illi patres eorum. Illi nanq; iurabant: quia uidelicet multo cupidius isti aurum coluerunt q̄ illi patres eorum. Illi nanq; iurabant: quia uidelicet multo cupidius isti aurum coluerunt q̄ illi patres eorum.

Fames corporalis, quæ est, sed leuior multo est fames animæ

Iurare in deo Dan

3. Reg. 12

1. Reg. 17  
3. Reg. 17

Iudæorū deus, aurum

Mat. 23



circo colebant aurum, ne ascendendo adorare in Hierusalem discerent. Reverti ad David regem suum, isti autem ut licentius possiderent aurum, per quod docebant esse iurandum magis q̄ per deum uel per dei templum, occiderunt uerū David, filiumq; David, filium dei regem suum. Talis eorum deus est deus Dan, quod interpretatur iudicium, traxit enim illi ad iudicium æternum. Item talis illorū uia est uia Bersabeæ, quod interpretatur pureus uera menti, siue puteus facietatis, quia iurabant in auro, quo uolebant quidem, sed non poterat fieri. ¶ Proinde cadent (inquit) & nō surgent ultra, consumpti fame supradicta, fame autem diendi uerbum dei, sicut conperimus ex his qui supersunt ex illis. Deniq; maxime his conuenit, quod sanctus Iob dicit. Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea citius more currebāt. ¶ Nimirū herbis & arboribus & radici iuniperorum comparare possumus fabulas & genealogias eorum. Quotiens cum illis sermonem conferimus, si qua de fabulis ac genealogijs occasio incidit, ibi clamosi atq; disertis sunt, & ueluti quippiā herbarum uel corticum aut radicum iuniperi, de conuallibus rapientes, ad singula cū clamore currunt dum aliquid nugarū retexentes declamant, suoq; arbitratu magistri sunt. Porro ad enucleandum scripturæ sensum, ita egestate & fame steriles, ita squalentes & miseri sunt, ut nō solum dolere, uerū etiam admirari possimus imbecillitatem puerilis sensus eorum. Sequitur.

Iohan. 6.

Fabule & genealogie lud.

CAP. IX.

Uidi dominum stantem super altare, & dixit. Percute cardinem, & commouetur superluminaria. Auaritia enim in capite omnium, & nouissimū eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eius. Fugiet & nō saluabitur ex eis qui fugerit. Ad hoc depromitur & magis ac magis declaratur sententia uindex contra supradictam superbiam.

Ecci. 10.

1. Timo. 6.

Dñs stans super altare, Christus est stans in cruce.

Iacob, cum dicit. Auaritia enim in capite omnium. Nam cū auaritia de superbia quoq; tractari testis est sapiens uir, qui cum dixisset, auaro nihil est scelestius, continuo subiunxit. Qui superbis terra & cinis: Diuitiarum nāq; comes superbia est. Idcirco Ap̄tus diuitibus (inquit) huius mundi ꝑcipe, nō superbe sapere. Sed iā admirandæ huius uisionis sacramentū ingredientes, literæ ordinē prosequamur. ¶ Uidi (inquit) dñm stantem super altare. Magna uero re uisio, & magnæ rei significatio extitit. Prophetico spiritu uidit & reuera futurū erat, quod illi talis uisio postendit. Querimus ergo, ubi uel quādo factū sit tale quid, cuius in signū ista dñs super altare uideri debuerit. Querentibus autē in toto Ch̄i Euāgello, uel in omni Euāgelicæ gratiæ sacramēto, nihil tam magnū, nihil tā euidēs, secundū huius uisionis proprietatē nobis occurrit, q̄ scēma uel habitus dñi nostri Iesu Christi crucifixi. Crucifixus nāq; sacrificium pro nobis factus, super altare crucis stetit, statione difficili, statione laboriosa & uigili. Diligenter animaduertendū, nec unq̄ oculis mentis nostræ debet abesse stationis illius spectaculū. Pendebat & stabat manibus ad crucis cornua confixis, pedibus ligno suppedito per clauorū fixurā coherētibus in modū stantis. Taliter stans ipse hostia, crux uero altare erat. ¶ Propter talem eius stationē futurum erat, ut destrueretur illud Iudaicæ superbiæ templū, iuste ꝑfecto, quia taliter stanti crudeles insultantes dicebāt. Vach qui destruis templū & in triduo illud reedificas. Dixit ergo ita stans. Percute cardinē & commouentur superluminaria. Cuiuscūq; dixerit siue uidenti hęc prophetæ, siue angelo, nimirū illa in uisione percussio cardinis & commotio superluminariū certissime affuturū significabat templi exterminium, tanta percussione, tanta commotione, ut hodieq; admiretur orbis terrarum. ¶ Quam ob causam. Auaritia enim (inquit) in capite omnium, cui uidelicet auaritiæ crudelissime tractatus fuit auaris & impijs scelus istud, quod taliter dñm super altare crucis stare fecerunt. Nā cū quotidie disputaret cōtra auaritiā illorū, illud maxime cōcitauerat eos, quod diuitius nō tenens ꝑtinatiā auaritiæ, propter quā domū patris, domū orationis, speluncā fecerūt latronum scripturā impleuit dicētē. Zelus domus tuę comedit me, mēsas nūmulariorū, cathedras uendentium columbas cōuertens, factōq; de resticulis, quasi flagello cūctos eiecēs. Auaritia ergo in capite. i. in summa intentione omnium, & idcirco percussio cardine & motus superluminariibus. i. destructio summo sacerdotio, summis scribarū phariseorumq; ordinibus uisimū quoq; eorū. id ē plebæiū. in gladio interficiā. Nō erit fuga eius. Circūdati nāq; erant & coangustati undiq;.

Ecci. 10.

1. Timo. 6.

Matth. 27.

Auaritia in capite omnium.

Psalm. 68

Matth. 27.

Quod et si fugerit, nō saluabitur q̄ fugiet ex eis. I. Si de se fecerit.